



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Homiliae Adm. Illvstris Ac R.dissimi Domini D. Fr.
Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriae
Episcopi Barbastrensis & Albarrazini Ord. FF.
Prædicatorum**

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, Anno M.DC.XLIX.

Licentia R.Di Ad. Patris Nostri Magistri Fr. Hieronymi Mos Provincialis
Provinciae Aragoniae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53084](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53084)

bus valde germanum, quæ præfatus Episcopus protulit in lucem: quod nam minorem meretur per totum orbem applausum & acceptationem, quam cetera eius opera: quo circa securissime potest Ad. Reuerendus Pater noster Prouincialis dare Licentiam P. Lectori Fr. Ioanni Laurentio Cayrosa, quatenus sub nomine præfati Domini Episcopi opus illud in lucem producat: Quinimo nostri muneris est prædicto Patri plurimas referre gratias ob non modicum laborem, & gnauam diligentiam, qua tam librum hunc quam alios collegit, quos vt intelleximus, ab eodem Episcopo detinet compositos: quia vero nobis perspicuum est, quod impressio huius & aliorum quos habuerit, non exiguam proferet toti Ecclesiæ Dei utilitatem, gloriam & honorem S. nostræ Religionis: obsecramus R. Ad. Prouincialem nostrum, vt prædicto Patri præcipiat, vt illos prælo submittat, quam fieri potest citissime. In cuius rei fidem huic subscribimus in Conuentu S. Catharinæ Martyris Barcinonæ. 12. Aprilis 1626.

FR. ANTONIVS BRVGVERA MAGISTER.

FR. FRANCISCVS PALAV
*Præfatus & Lector primarius
Theologiae.*

LICENTIA R. D. AD. PATRIS NOSTRI MAGISTRI

FR. HIERONYMI MOS

PROVINCIALIS PROVINCIE ARAGONIE.

Magister Fr. Hieronymus Mos Prouincialis Prouincie Aragonie Ordinis Prædicatorum. Quandoquidem experientia nobis conster vberimus fructus, quem in Ecclesia S. produxerunt opera Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini D. Fr. Hieronymi Baptistæ de Lanuza Episcopi Albarracini S. nostræ Religionis & Prouincie, & honor habitus non exiguus, ex illis proueniens: hinc obligamur vt prædictorum operum toto conamine promotioni studeamus, cumque nobis sit exploratum quod præfatus Reuerendissimus Dominus in his omnibus totaliter semper fiderit P. Fr. Ioanni Laurentio Cayrosa Lectori Theologie Conuentus nostri Prædicato-

** }

mm

rum Caesar-augustani, iudicans de bona eiusdem directione, scriptio-
ne, & impressione nihil omnino dubitandum, omnia prædicto Patri
commendans, quodque his cetero innixus illi semper videre, scribere,
transcribere, & euoluere omnia sua scripta permiserit, nullis sibi re-
seruatis, quibus uti non posset: cum iam ex morte præfati Reuerendis-
simi Domini deslere possemus, tanti thesauri priuationem: dignatus
est Deus abstergere lacrymas nostras, dum nobis reliquit dictum
Patrem ut eius thesaurarium, qui industria sua, sollicitudine, & pru-
dentia nobis posset prodesse. Quapropter tenore præsentium, & au-
thoritate officij mei licentiam impertior P. F. Joanni Laurentio Cay-
rosa Lectori Theologiæ supradicto, quatenus (visis primo & exami-
natis per Reu. P. M. F. Antonium Bruguera Præsidentem Conuentus
nostri S. Catharinæ Martyris Barcinonæ, & per P. Præsentatum Fr.
Franciscum Palau Lectorem Theologiæ primarium eiusdem Con-
uentus & primæ Vniuersitatis Prouinciæ nostræ Aragoniæ, Homi-
lij, quas habet ex supradicto Illustrissimo Domino D. Fr. Hierony-
mo Baptista de Lanuza Episcop. Albarra. super Euangelium quod
Ecclesia proponit in Festo SS. Sacramenti Altaris, valeat illas prælo
submittere & in lucem producere, illi in virtute Spiritus S. præci-
piens, & S. obedientia, nec non præcepto formali, ut tam has quam
alia quæcumque opera habuerit præfati R. ^{mi} Domini, studeat omni
postposita mora cunctis communia reddere: ut tota Dei Ecclesia hoc
thesauro potiatur: spero etenim prægrandem ex illis omnibus orituram
utilitatem. In cuius rei fidem propria manu præsentem signaui-
mus, & sigillo nostri officij muniuimus in Conuentu nostro S. Catha-
rinæ Martyris Barcinonæ 14. Aprilis 1626.

FR. HIERONYMVS MOS
PRIOR PROVINCIALIS.